

C. mandati. l. dudum 14. versic. Vnusquisque suo arbitrato, Cod. de contrahenda emptor. iuncta l. ea qua 7. illic: Ea qua a patre geruntur, non decet pro disciplina militari a filio ad iratum reuocari. Codice de reuolunt. milit. confert regula Text. per argumentum a contrario sensu in l. lex vetustigalis 31. ff. de pignori. & in l. nemo plus 54. l. quod ipse 143. alius 185. cum aliis ff. de regul. iur. nec proinde posterorum etiam requiritur consensus, vt in ipsa alienatio a vasallo facta prauidetur; prout requiretetur \* si feudum antiquum esset, ab aliquo nempe ascendente, seu parente communis agnationis, sibi & ei acquisitum, ne alius liberi, siue agnati ab illo descendentes talem alienationem reuoceat, quemadmodum constat ex cap. 1. §. hoc quoque titulo octauo de successione feudi, libro primo in cap. (aliis, §.) Titium filius, titulus 26. ff. de feudo defuncti contentio sit. cap. 1. titulus 39. de alienatione paterni feudi, & cap. vnic. titulus 49. de eo, qui finem fecit agnato feudi paterni libro secundo feudorum, cum his quae glof. & Doctores vbiq; communiter adnotarunt, maxime Iacobus Aluaretus, optime praerati rem explicans, idem in cap. 1. numero quarto, versic. Oppono ab extra, quemadmodum feudum ad filiam peruenit, & latius ipse per plures conclusiones in cap. 1. §. in numero 16. & segg. sub titulus, qua fuit prima causa beneficii amittendi, Iulius Clarus §. feudum, questus 41. & 42. Dom. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 71. versic. Si vero solum, Ioannes Garl. de expens. cap. 12. num. 44. versic. Aliud est, Andreas Gall. praef. obseruat. lib. 2. obseruat. 49. num. 7. & obseruat. 10. num. 12. & ad eum Bernard. Graueus alios congerens conclus. 49. num. 2. ( qui conclus. 50. late disputat de feudo nouo iure antiqui concessio) Hartmanus Pistor, optime ad partes disputans tam in feudo nouo, quam antiquo, ac sic tandem concludens, questus iur. libro secundo questus 4. cum decem segg. latissime Henricus Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 69. a numero 27. capite 7. conclus. 7. per totam, cap. 9. conclus. 65. cum pluribus sequentibus, & cap. 11. conclus. 1. & 2. cum aliis, iunctis ipsius notis locupletissimis.

100 Tandem & illud praenoscere iuuabit, quod in feudo nouo, etiam per mortem acquirentis vacante, tantum liberi eius succedunt, non autem consanguinei collateralales, etiam de feudo simul inuelti, ita vt quilibet in eo portionem suam habeat, nam adhuc in altera parte vacante consors consanguineus non succedit, nisi aliud expresse cautum sit, cap. 1. §. cum vero, versic. Sin autem vnus, titulus 1. de his, qui feudum dare possunt, cap. 18. ultimo, versic. In alio vero feudo, tit. 8. de success. feudi, cap. si duo fratres, titulus 14. ff. de feudo marchia. cap. vnic. titulus 20. de beneficio fratris lib. 1. cap. vnic. §. quod ita intelligendum, versic. Si enim, titulus 11. de success. fratrum, cap. vnic. in principio, titulus 12. de fratribus de nouo beneficio inuestitura, cap. vnic. versic. ultimo illic: Propter tenorem inuestiturae, per argumentum a contrario sensu, titulus 18. de duobus fratribus a Capitaneo inuestitis, libro secundo feudor. & vbiq; glof. & Doctores communiter; inde deducentes, in feudo nouo regulariter iuri accrescendi locum non esse, & vltra eos, & alios tradit Masuerius in praxi, titulus de feud. num. 12. lateq; profequuntur, nonnullos congerentes casus, in quibus ea regul. fallit, Iulius Clarus §. feudum, questus 77. per totam, Menoch. cons. 464. a num. 4. lib. 5. & de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 23. a nu. 22. Henricus Rosental in

numeros alios Doctores in notis cumulans, de feudis cap. 6. conclus. 73. 74. & 75. & cap. 7. conclus. 98. ex nu. 4. Adeoque \* multominus consors consanguineus reuocare poterit alienationem feudi, ab acquirente factam vt colligitur ex cap. vnic. §. item si fuerint, quibus modis feud. amitt. iuncta glof. verbo reuertitur, recepta a Baldo, & Aluareto numero 1. 2. & 6. Praeposito num. 1. Laudensi numero 8. & 9. Afflict. num. 2. 3. & 4. & a num. 18. (vbi bene explicat) & ceteris communiter ibi, vt testatur Hartmanus Pistor, quomodo id in eo Text. probati neget, aliter eum intelligens, questus iur. libro secundo questus 4. a num. 82. part. 1. & Henricus Rosental. communem illius §. interpretationem, quam nos sequimur, magis probans in tractat. de feud. cap. 9. conclus. 65. num. 9. & in notis lib. G. & cap. 11. conclus. 1. num. vltim. & in notis lib. D. Nisi in casibus, \* in quibus, & filij feudi noui alienationem a patre acquirente factam reuocare possent, puta si illum etiam factum, in illius feudi acquisitione intervenisset, id simul cum patre a domino stipulantium, aut pro ipsis quoque concessum, expresse vel tacite acceptantium, vel si filiorum quoque tamen in eo actu minime interuentum contemplatione aequae principaliter feudum concessum fuerit, inuitu forsitan seruiturum, quz & ipsi filij exhiberint concedenti, aut si id alijs clare ex coniecturis constaret, cum in his omnibus casibus eis simul a principio ius questum fuerit, quod absque eorum facto, seu consensu ipsis tolli nequit, ex regul. l. 1. ff. de his qui sui sui vel alieni iur. l. id quod nostrum 11. iuncta l. non debet 74. ff. de regul. iur. & vtrumque post Bald. Praep. Iferniam, Afflictum, & alios oblerauerunt Pinellus in l. 1. §. part. numero 98. versic. Ex quibus colligitur, & versic. Inde sequitur, Cod. de bonis maternis Iacobus Thomingius questus seu de cision. 13. numero sexto & septima, Hartmanus Pistor questus iur. libro secundo questus 4. numero 88. & 91. part. 1. & part. 2. questus 20. num. 14. Henricus Rosental. de feud. capite sexto, conclus. 69. numero 28. capite nouo, conclus. 65. numero undecimo, cum relatis litera l. & conclus. 66. a numero 6. cum relatis litera F. Morqueh, idem in emphyteusi cum pluribus resoluens, de dissol. bonor. libro primo, capite sexto, a numero 28. ad 30. Domin. Castil. quosdam, controuersiarum libro quarto capite 5. a num. 33. Quomodo \* accipiendum est, alioqui reflexendum, quod generaliter docent, & magis communiter receptum testantur Valascus de iur. emphyteu. questus 49. num. 38. versic. Sed quantum ego, Fauus Turretus consil. 61. lib. 1. quasi per totum, quem refert & sequitur Antonin. de Amato war. forensium resolut. lib. 1. resolut. 30. nu. 14. nempe patrem in feudo, & emphyteusi nouis, pro se & filiis questis, non posse illis prauidere per alienationem, aut translationem itrequisito domino in alium factam, praecedat namque vbi filiorum etiam factum, vel contemplatio in acquisitione intercessisset, quibus tantum casibus filij talem alienationem reuocare possent; quicquid hos casus velut indubitatos tantum referat Valascus dist. questus 49. numero 8. 9. 10. & 11. in iisdem namque casibus reuocare etiam poterit consors consanguineus alienationem feudi ab acquirente factam, vt paulo ante commemorati resoluunt, & pro comperto habent, maxime Rosental. dist. cap. 6. conclus. 69. num. 31. cum relatis liter. KK. & d. cap. 9. conclus. 65. num. 13. & 14. cum relatis liter. Z. M. & N. & cap. 12.



DISSERTATIO XVI.

De eadem rursus emphyteutice, vel feudalis renouationis materia, nonnullis declarationibus exornata, quibus ferè omnes casus explicantur, in quibus illi locus esse vel non esse potest, ad quamplurimum, maxime feudalis iuris capitum intellectum.

SUMMARIUM.

- 1 Erratur plerumque perniciose sub auctoritate iuris scientia.
- 2 Renouatio ius descendens ultimi possessoris vel emphyteutice, vel feudalis pluribus competit, quam aliis proximioribus collateralibus defuncti.
- 3 Denegari collateralibus plures affirmarunt, ibidem.
- 4 Contrarium plures alij docuerunt, renouationis ius concedens proximioribus usque ad quartum gradum.
- 5 Feuda regulariter agnationis qualitatem exigunt, ibid.
- 6 Renouationis ius in feudis ita demum competit, si eam petentes, proximiores defuncto sint per virilem sexum, nisi aliud ex inuestitura constet.
- 7 In emphyteusi conceditur proximioribus, ex quocumque latere defunctum attinentibus, nisi prior inuestitura, siue emphyteutice concessio solos agnatos admittat, contra Masuerium.
- 8 Agnatorum & cognatorum differentia iure ciuili subleuata sunt, ibid.
- 9 Renouationis ius in emphyteusi ita demum agnatis solis conceditur, si ita se habeat eius rei usus, & communitatis obseruantia.
- 10 Conceditur simul pluribus consanguineis in eodem gradu existentibus, dum tamen inuestitura tenor non repugnet, contra Masuerium.
- 11 Si competat, necesse non est, quod consanguineis, renouationem petentes, sint etiam heredes ultimi emphyteute, vel feudatarij, ita ut alios excludantur ab extraneis heredibus institutis, aduersus Imol. & alios.
- 12 Nisi emphyteusi, vel feudum hereditaria sint, vel absoluti, vel secundum quid, & quare?
- 13 Emphyteusi, & feudum vel sunt merè familiaria, siue ex pacto, & prouidentia, vel merè hereditaria, vel mixta, & qualia sint primi generis?
- 14 In familiaribus soli descendentes primi acquirentis succedunt, licet defuncto heredes non sint, quia vel alij sint ab eo instituti, vel si ipsi scripti sint heredes, hereditatem tamen repudiauerint, prout facere possunt sub distinctione hic tradita inter emphyteusum, & feudum.
- 15 Merè hereditaria qua sint? & notata differentia quoad conceptionis modum inter emphyteusum secularum & Ecclesiasticum.
- 16 Mixta, siue secundum quid hereditaria, qua sint?
- 17 Feudum alicui pro se, & heredibus simpliciter concessum.

cap. 12. conclus. 2. num. 1. 2. & 6. cum relatis litera A.

105 Quibus sic praecognitis, facilius iam appareret ratio tum dubitandi tum decidendi ad Text. in dist. capite 2. de feudis, in relato versic. Ad hoc, innoto versic. Atque in secundo, vbi cum propositum esset, vasallum alienasse feudum sibi ab Ecclesia concessum, ita ut ob talem alienationem illud amitteret, & ad Ecclesiam ipsam de volueretur, & consequenter licet, nempe absque Ecclesiae consensu siue eius Praelato requisito; illud concessum est, an Praelatus ipse posset feudum concedere filio, vel agnato, vel consanguineo alienantis, & posse respondit Innocentius 3. ratio dubitandi illa fuit quod vasallo, qui feudum ipsum acquisiuit, per alienationem excludi; eius quoque filij, & consanguinei, tamen eiusdem feudi consortes, regulariter, vbi aliud non esset in pactum deductum, vel ex coniecturis clare constaret, vt diximus, omnino exclusi erant. Decidendi verò illa fuit apertissima, quod etsi iure ipso tam filius quam consanguineus feudi consors, ab eo, vel parte eius alienata, qua alienantem contingebat, penitus forent exclusi, quoniam id per alienationem domino fuae Ecclesiae fuit commissum non tamen per hoc Praelati potestas sublata est, vt quemadmodum extraneo feudum sic alienatum pro libito dare posset, possit etiam si velit, de eo filium alienantis, vel consanguineum consortem inuestire, cum talis filius, vel consanguineus, id neque ex successione, neque ex iure accrescendi, sed ex nouo Ecclesiae beneficio consequatur, tamen Ecclesiae respectu feudum dicatur antiquum, eo quod iam antea dari solitum fuerit, ita ut nec noua solemnitas in huiusmodi inuestigatione requiratur, nec ex ea quasi contrarium facta peritiorum incurratur, vt ad praecedentem illius Textus partem obseruauimus, & hac eius in hac secunda parte planissima interpretatio est, quam licet obsecrè, & inuoluntè senserunt glof. ibi sub verbo inuestire, Hostien. numero secundo, ad idem verbum, Ioannes Andreas numero quinto, Butr. numero undecimo, Zabarell. numero 1. & 6. Abbas numero octauo, versic. Et ad istam Textum, in nota numero 4. 7. 8. 14. & 15. & Cujacius circa medium, versic. Eademque ratione, Viuianus in rationali ad eundem Text. in 2. dubio.

106 Denique non obstat vltim. argument. pars, quod argument. ex legibus ciuilibus sumptum nullum possit Ecclesiae prauiudicium afferre, quia negamus, arguit. quo mouetur qui renouationem emphyteutis, etiam Ecclesiasticae, descendibus, agnatis & heredibus vltimi emphyteute concedunt, ex solis legibus ciuilibus sumptum esse, cum nitatur etiam canonicis constitutionibus, & naturali aequitate, quam Ecclesia maxime colit, & amplectitur iuxta superius tradita a num. 14.

\* \* \*  
\* 17.  
D. D. Vela Dissertat. Iuris Tom I.

- concessum, etiam nulla filiorum, aut liberorum facta mentione, mixtum à plerisque putatur, & utramque exigere qualitatem, sanguinis nempe, & hereditatis, & quare? cum num. seq. Contrarium tamen defenditur. n. 15.
- 14 Heredum appellatione in materia feudali filij, seu descendentes masculi duntaxat intelliguntur.
- 15 Et continentur in feudo, simpliciter parenti concessio pro se, & heredibus, licet reuera, siue alii ipso heredes non sint.
- 16 Quod procedit multo magis cum in concessione feudi pro heredibus facta, adiectam est verbum masculis, & quare?
- 17 Eisdem non intelligitur mixtum ob id, quod in eius concessione alicui facta pro se, & heredibus addita sit vox masculis, ut plerique putarunt, sed familiare tantum.
- 18 Nisi quoad effectum, ut non possit filius feudum renuere, repudiata patris hereditate, quando non est filiorum facta mentio, sed heredum masculorum duntaxat.
- 19 Emphyteusis, vel feudum si merè familiaria sint, & ad certas vitas, vel generationes concessa eis fratribus proximioribus consanguineis ultimi possessoris, renouationis petenda ius habent, licet ei heredes non sint.
- 20 Differentia tamen adhibita inter feudum, & emphyteusim, tam quoad agnationis qualitatē, in illo non etiam in hoc desideratam, quam quoad necessitatem, in illo non item in hoc filio incumbentem, paternam hereditatem adendum.
- 21 Conueniunt tamen in hoc, quod ad eorum renouationem obtinendam necesse non est, quod legimus alicui defuncti successor, si etiam ab eo, cum testamento decedente, infusus heres, licet ipse filius, vel descendens sit contra Imolam, & alios, quorum sententia conueniunt, & 2. n. seqq.
- 22 Representatio defuncti per heredem facta, nihil aliud efficit, quam heredem defuncti loco reponere; id quod ad renouationis ius applicari nequit, & quare?
- 23 Testatus quis decedere potest quoad bona, & iura propria, & intestatus quoad iura, sua familiae, aut cognationi à lege delata.
- ¶ Renouationem emphyteusis vel feudi vacantis iure sanguinis petens, si simul sit defuncti heres absque ulla controversia illam obtinebit, ibid.
- 24 Emphyteusis vel feudum si sint merè hereditaria, ad vitas duorum, vel trium heredum limitata, eis finitis similiter ad renouationem petendam duntaxat admittitur heres ultimi possessoris, exclusis consanguineis non heredibus.
- 25 Si sint mixta, ad renouationem petendam proximior consanguineus non admittitur, nisi simul sit heres.
- ¶ Ad successorem quoque in eis requiritur, quod consanguineus sit heres saltem in bonis allodialibus defuncti, quomodo intelligitur communis sententia, qualitatē hereditariam simpliciter requirens, ibid.
- 26 In merè hereditariis, & in mixtis vera est sententia Imola, & aliorum, qui absolute ad renouationem impetrandam hereditariam qualitatē exigunt, differentiam tamen adhibita quoad praelationem inter merè hereditaria, & mixta.
- 27 In mixtis praefertur proximior consanguineus ex-

- traneo heredi in renouatione impetranda.
- 28 Gl. verbo impetrabile, vers. Et est simile, in l. 1. §. permittitur (alia §. planè ff. de aqua quotid. & est. optime intelligitur.
- 29 Si sint absolute hereditaria, siue pro quibuscumque heredibus concessa, tanquam libera alienari in quocumque possunt. Quod in perpetuum sic concessi intelligitur, & quare?
- ¶ Heredibus suis quilibet in dubio prospicere velle censetur. ibid.
- 30 Si non perpetuo pro omnibus heredibus concedantur, sed limitate pro duobus, aut tribus, vniuersaliter, vel generaliter designatis, non alij quam heredes in eis succedere possunt, quamuis hi possint esse extranei, eademque ratione quibuscumque ultimi successoris heredibus renouationis ius competit.
- 31 Emphyteusis si sit nominationis, & ante illam factam emphyteuta mors contingat, liberè ad dominum reuertitur, ut possit eam cuiusque voluerit concedere, nec ad renouationem faciendam cogi potest, & quare? cum 2. num. seqq.
- 32 Relatum quis vel qui, adiunctum verbo futuri temporis, propriam conditionem de futuro significat, & inducit.
- 33 Conditio sui natura formam inducit. Specificè adimplendam, ita ut antea locum non habeat dispositio, & conditio deficiente omnino corruat.
- ¶ Actus vel contractus, in alicuius declarationem collatus, illo non declarante, non fortiter effectum. ibid.
- 34 Nominatione non facta ab eo, cui illa iniungitur, in dubio ceteri ipsius heredem nominationem Bald. & alij decernunt, & expenditur lex 4. C. de contrah. & committ. stip.
- 35 Lex illa loquitur in concessione alicui perpetuo facta, & declarationis qualitas non est ei adiecta conditionaliter, sed quasi demonstratiue, & casualiter.
- ¶ Lex si mulier 25. C. de iure dot. expenditur. ibid.
- 36 Baldi, & sequacium doctrina per Tex. in l. 4. C. de contrah. & committ. stip. iuxta eius l. terminis rectè intelligitur.
- 37 Stephani Bertrandi consilium refertur, & impugnat.
- 38 Emphyteusis alicui pro se, & personis nominandis concessa, si demum etiam non facta nominatione ad heredes eius transit, si perpetuo sic concessa sit, idemque in feudo.
- 39 Secus in concessione temporali, nempe facta alicui pro se, & duobus vel tribus personis à se, vel alio possessore nominandis & a contrarium docentibus cauendum esse admonetur. Quod tamen limitatur. num. 43.
- 40 Lusitana ordinatio refertur, admittens heredem scriptum emphyteuta non nominandis, quasi ab eo nominatus esset, qua velut exorbitans meriti ab eius interpretibus restringitur.
- 41 Deciso incidens Hispalensis.
- 42 Pater nomine filij infantis potest nominationem in emphyteusis, vel aliam actum filio vtilem facere.
- 43 Mandatum morte mandatary re integra omnino expirat.
- 44 Nominandi facultatem habens, potest eam alij committere per speciale mandatum ad id concessum, vel ratam habere nominationem ab alio suo nomine factam.

- 45 Emphyteusis nominationis, etiam temporaliter concessa, si non sit mera nominationis, sed restricta ad aliquos de familia vel heredes, ex nominationis defectu non perit, sed ad omnes de familia, vel heredes successine pro illis vicibus transit.
- 46 Renouandi ius etiam tunc competere debet, & nonnulli alij existimant, cum dominus vel emphyteuta vel feudalis per mortem ultimi possessoris eam sibi retinere vult.
- 47 Contrarium longe verius maxime in Ecclesia docuit Barr. magis communiter receptus.
- 48 Nisi ad se immemoralis consuetudo in contrarium.
- 49 Vel nisi res sterilis in emphyteusim concessa, postea per emphyteutam fertilitas, & fructuositas redita fuerit.
- 50 Dominus directus cum rem emphyteutam, vel feudalem per mortem ultimi possessoris vacantem sibi retinere vult, nullam descendenti, vel alio quibus renouationis ius alicui competit, iniuriam facit.
- ¶ Charitas bene ordinata incipit à seipso. ibidem.
- 51 Si emphyteusim vel feudum vacantia iam alteri concesserit ante peritam renouationem, similiter tale ius regulariter cessat, & quare? & huius sententia auctores referuntur, numero 56.
- 52 Ius alicui semel quastum: ei imito absque ulla ipsius culpa auferendum non est, sed in materia feudali, sed & generaliter in alia qualibet.
- 53 Princeps in tertij prauidium quicumque concedere non censetur, imò nec de potestate ordinaria potest.
- ¶ Cap. quamuis 8. de praebend. in 6. expenditur. ibid.
- 54 Renouationis alicuius contra specialiter introducta sit in emphyteusim contra regulam l. ne cui, C. de locato, in isdem terminis regula necessario accipienda est.
- 55 Lex ne cui, liberam facultatem domino concedenti, rem suam alteri locatam, cuiusque alij locandi finita locazione, procedit etiam primo & secundo conditor concurrunt, quolibet conueniente se alij praeferebant.
- 56 Lex congruit 4. & lex fin. Cod. de locat. praedi. ciuil. lib. 11. & c. 1. de locato, in isdem terminis loquuntur.
- 57 Renouatio emphyteusis, vel feudi vacantis petenda est intra annum, & diem à tempore scientia vacationis, & quod tempus iure praescriptum est ad petendam ius pro feudo, vel ad feudum competens.
- 58 Concedenda ita demum est intra illud tempus, si res integra sit, nec alij concessio facta, secus alias, & quare?
- 59 Eam petendi negligentia intra quod tempus à die scientia vacationis impuatur, iudicij arbitrio relinquitur.
- 60 Scientia est regulariter non praesumatur, praesumatur tamen mortis defuncti, si publice ea nota sit in loco, ubi degit, cui talis scientia praesumatur.
- 61 Renouationem re adhuc integra ante factam alij concessione petens, si nihilominus alteri concessio fiat, annum & diem habet ad talem concessione renouandam, non à die scientia mortis defuncti, sed concessione, alteri contra ipsius petitionem facta, computandum.
- 62 Annu ad renouationem petendam non currit à die scientia mortis, ei qui dominum ad id diligenter a se perquisitum inuenire non potuit, sed ab eo tantum tempore, quo dominum ad eundem facultatem habuit.
- 63 Idem est in qualibet iusta impedimenti causa, & plures hic referuntur.
- 64 Nullo modo currit vacationem ignorantem, nedum ubi res integra est, sed etiam re non integra, ob factam alij concessione, & quare? cum num. sequent.
- 65 Ignorans nemo culpam, aut negligentiam admittit, nec damnum, aut penam patitur.
- 66 Annu in feudis iure datus ad inuestituram petendam, vitis tantum est a principio, siue à die scientia mortis praedecessoris duntaxat currens, licet in progressu cessante iusto impedimento sit continuus.
- 67 Ludov. Gotadini, & aliorum sententia declaratur.
- 68 Anni & dies lapsum ita demum proximioribus defuncti, renouationem alicui se ignorantibus concessam, ex quo sciuerunt non renouationibus nocere communiter DD. volunt, si illa facta sit remotioribus consanguineis, secus si penitus extranei, quo casu 30. annorum tempus tali renouationi petenda superesse auit.
- 69 Nocere proximiori agnato petere negligentem renouationem feudi in remotiorem alienati, non licet si in extraneum, sed tunc renouationem peti posse vsque ad triginta annos Accurs. communiter receptus docuit.
- 70 In renouatione tali distinctio adhiberi nequit, sed indistinctè anni, & dies lapsus duntaxat attenditur ex Auctoris sententia, & quare?
- 71 Cap. 1. §. Titius filios, si de feudi defuncti contentio sit, an probet id, ad quod à glossa verbo per annum, & Doctoribus communiter expenditur?
- 72 Agnatus remotior respectu proximioris non minus extraneus defuncti dici potest, quam penitus extraneus.
- 73 Feudum si sit antiquum, quod & paternum vocant, ius in eo quastum est ad alienationem renouandam omnibus descendenti in infinitum primi acquirentiam per lineam transfusa, quam directam alienauit.
- 74 Ius hoc agnatis succedentiibus competit, quod eis iniuris tolli nequit, nedum per licitam vasallam alienationem, sed nec per illicitam, si feudum paternum, non sit simul hereditarium, sed tantum sit familiare, siue ex pacto, & providentia.
- 75 Non tamen competit proximioribus ultimi successoris, qui renouationis tantum petenda, post eius mortem ius habent, qui ob hoc ius de futuro alienationem interim factam renouare nequeunt, & quare?
- 76 Annu, & dies conceditur vasallo, etiam feudi perpetui successor, ad petendam novam inuestituram in signum recognitionis, & ut fidelitatem sub iuramento demum domino praestet, quod si facere intra id tempus distulerit, feudum amittit.
- 77 Renouatio emphyteusis finita, non est facienda pro usum conditiombus, vel personibus, qua in primo instrumento concessione emphyteutica continentur, sed pro his potius, qua tempore renouationis facienda vel offeruntur ab extraneo, vel reperientur communitate.

- 73 Nisi fundus ab initio in emphyteusim datus vel sterilis, & iniunctus esset, vel non ita uti- lis, & fructuosus, ac postea effectus est, ob im- pensam, & meliorationes in eo factas ab emphy- teuta.
- 79 Emphyteusis origo nulla alia fuit, quam rem ad meliorandum dare, & ex sententia Accursij communiter recepti dicitur ab emponemate, dictione Græca, qua idem valet, quod melio- ratio.
- 80 Longè probabilius, nec dissimiliter in effectu, di- citur à Græco verbo emphyteu, quod Latine significat implantare, & inferere, ac germina ponere.
- 81 Emphyteusis finita, finitum esse ius emphyteuta existimauit Ripa, & an hoc sit absolute verum cum num. seq.
- 82 Non est finitum emphyteuta ius quoad meliora- tiones in re emphyteuticâ factas, qua pertinent ad facientem, & eius heredes, etiam extraneos, vt in feudo, aduersus Fachineum.
- 83 Meliorationibus rei emphyteuticæ defuncti successor priuaretur, si renouatio ei non fieret pro pen- sione, antiquo eius valori respondente, sed præsentis tantum, quem meliorationes præstite- rint.
- 84 Emphyteuticæ rei non semper meliores ab emphy- teuta redduntur, sed deteriores, quo casu reno- uationis ius, & aquitas cessat.
- 85 Aliquando vero meliores redduntur non maiore, quam necessaria possessorum impensa, sed ob valoris incrementum eis à tempore datum, quo casu renouationis locus est pro pensione debita inspecto valore presenti.
- 86 Emphyteusis fessit merè familiaris, & ad extraneum heredem, cui meliorationum ius competit, perue- nit, ius renouationis proximioribus dante extat competere pro pensione correspondente valori præ- senti.

APPENDIX PRÆCEDENTIS.

Proposuius præcedenti dissertat. commu- nem illam Bartol. & sequacium traditio- nem, à nonnullis negatam, latè pro viribus tutari, sed quia (vt ex ibi, ac dissertat. 12. tra- ditis apparet) potissimum illa nititur ex bono, & æquo, quo in genere plerumque sub au- thoritate iuris scientiæ perniciosè erratur, vt ex Celi sententia docuit Paulus I. C. in l. si seruum 91. § sequitur, ff. de verborum obligatione, idcirco visum est separatim hoc loci notabilio- res eius declarationes subiicere, siue frequen- tiores eius declarationes casus in quibus emphyteusis, vel feudi, per vltimè possessoris obitum extin- ctæ, vel extinctæ, renouationis locus esse vel non esse possit.

Prior itaque declaratio sit vt descendenti- bus vltimè possessoris rei emphyteuticæ vel feudalis (quorum Bart. domtaxat meminit in sepè citata l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quodid. & astu.) multo planius renouationis ius competat, quam aliis proximioribus, ex latere tantum de- functum contingenti- bus, quibus eam denegari adfirmarunt Ancharran. conf. 133. alias 134. plenè, & schiliter numero quarto vers. Quoad secundam, Cortes. in addit. ad Abbatem in cap. Bona memo- ria in 2. numer. 28. verbo renouationem, limit. 2.

de possulat. Pralat. Inf. conf. 24. numer. 38. volun. 3. Curt. lenior, & Socin. iun. plures congeneres, ille conf. 47. numer. 15. hinc vero conf. 9. numero 11. ad medium, vers. Imo etiam requiritur, & nu- mer. 20. lib. 3. atque alij relati ab Ant. Gabriele commum. concl. lib. 3. tit. de iure emphyt. conclus. 1. nu- mero 16. Philippo Port. commum. conclus. lib. 1. con- clus. 12. limit. 5. in princip. & à Percira de renoua- tione emphyteut. quest. 9. num. 15. & 22.

Ceterum contrarium plures alij docuerunt, nempe gratia frequentioris euentus, & non res- trictionis gratia, descendenti- bus tantum Bar- tolum meminisse, adeoque proximioribus vs- que ad quartum gradum idem renouationis ius competere, hac tamen inter feudum, & em- phyteusim adhibita distinctione, quod cum feuda regulariter agnationis qualitatem exigant, e. 1. §. loc autem, tit. 1. de his, qui feudum dare pos- sunt, cap. 1. tit. 8. de successu feudi lib. 1. cap. 1. tit. 45. an agnatus, vel filius, & c. 1. tit. 50. de natura suc- cessu feudi lib. 2. feud. l. 6. §. 2. 6. part. 4. & vbique Doctores, Zalius de feudis 8. p. coneluf. 3. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. feudum, quest. 99. numer. 1. vers. Si vero non extant, Petrus Duchas reg. 309. latissime Henric. Rosental. de feud. c. 7. per totum, maxime conclus. 1. §. 31. ita demum in eis \* re- nouationis ius competit, si eam petentes pro- ximiores defuncto sint per virilem sexum, iuxta naturam feudi, nisi aliud ex inuictura constet (quæ semper attendenda est vt paulo post di- cemus, & in terminis persequitur optimè Bor- gnius Cavalcanus decis. 36. alias 80. ex numero 165. & clarius à numer. 420. part. 2.) in emphyteu- ti vero, \* ad renouationem proximioribus vs- que ad quartum gradum concedendam, sufficit eos ex quocumque latere defunctum attingere, postquam agnatorum & cognatorum differen- tia sublata sunt, Antonic. de hereditibus ab in- testato venientibus, §. si igitur, cum sequenti- bus, collatio. 9. nisi & hic vice versa prior inuictura, siue emphyteuticæ concessio so- los agnatos admittat, quicquid contrarium cum Beroio, & alijs resoluat Hercules Mar- rescotus variarum resolutionum libro primo, capite tertio, numero 45. & 6. Quæ quidem sententia sic accepta longè verior, ac receptior est, vt supra sepè insinuauimus, & pro constanti reli- quimus; atque ita etiam loquitur Barr. alijs in locis dissertat. 13. commemoratis, ac resoluunt cum pluribus Iulius Clarus dist. §. emphyteusis, quest. 43. numero 2. (vbi tamen malè etiam in em- phyteusis agnationis qualitatem exigit, & co- gnationem excludit) & in dist. §. feudum quest. 87. Antonius Gabr. dist. conf. 1. numero 16. vers. Contrarium est verius, in illis numero 17. & 27. Philippo Port. dist. conclus. 12. limit. 5. vers. Sed contrarium, Minling. singularium obseruat. cent. 5. obseruat. 16. & centur. 6. obseruat. 79. Rolandus à Valle conf. 3. numero 15. vers. Primò, quod pen- tentes, volum. 1. Cavalcanus dist. decis. 36. nu- mero 422. vers. Tertio requiritur, Alexand. Tren- tacinq. variar. resolut. lib. 3. resolut. 5. de iure emphyt. numero 3. per totum, iuncto numero 15. Aluatus Va- lalcus consultat. 101. numero 1. Franciscus Beccius in additionibus ad las. dist. conf. 14. numero 38. littera F. vers. Contrarium tamen, & Percira dist. quest. 9. numero 16. & 23. (qui numero 17. id rectè li- mitat, \* non procedere flante contrario vsu, & obseruantia, cum Hypopolit. Riminaldo, qui id eleganter probat, conf. 157. à numero 104. volum. 3. Hercules Marescot. dist. equite 3. num. 2. & 3.

3. (qui numero 7. id rectè extendit, vt pro- cedat etiam si plures consanguinei sint in eod- em gradu, nam omnibus æqualiter renouatio faciendâ est, argument. Tex. in l. 2. §. hereditas, ff. de suis, & legit. hered. malè tamen sub ampliari. nu- mero 8. licet tenor inuicturæ repugnet, in hoc siquidem fallitur per ea, quæ nuper diximus, & statim dicemus) Henric. Rosental. de feud. dist. cap. 7. conclus. 24. numero 6. cum relatis lib. H.

7 Nec necesse est, quod consanguinei, renouatio- nem petentes, sint etiam heredes victimi em- phyteutæ, vel feudatarij, ita vt alijs ab extra- neis hereditibus iniunctis excludantur, vt voluit Imola relatus, ac receptus à Corseto in addit. ad. Abbat. in d. cap. Bona memoria in 2. numero 28. lit. C. limitat. 1. de possulat. Pralator. Alexand. in l. si mihi, & Titio 100. numero 19. ff. de verborum obli- gatione, & conf. 10. numero 11. vbi additio alios adfert lib. 3. plures quoque eiusdem sententiæ auctores congerunt Antonius Gabriel, & Philip- pus Port. commum. conclus. ac regulam iuris ille lib. 1. tit. de iure emphyt. conclus. 1. numero 18 in princip. hic verò lib. 2. conclus. 1. 2. vers. 6. limita, quibus addo Bertachin. in repet. verbo emphy- teusis finita cum tercia generatione, vers. Item ve- rum quando petens, Aug. Beroium conf. 98. nu- mero 9. 11. & 17. volum. 1. Rolandus à Valle dist. conf. 1. numero 152. vers. Tertio quod sint he- redeg, Alexand. Trentacinq. dist. resolut. 5. de in- re emphyt. numero quinto, & vltimo, Nicolaum Intrigliol. de feud. quest. 65. numero 3. cum relatis ab Henric. Rosental. eodem tract. cap. 7. con- clus. 24. numero 15. in notis littera R. Nisi scilicet

8 \* emphyteusis, vel feudum hereditaria sint, vel absolute, vel feudum quid, cum prima concessio semper sit attendenda, nec plus reno- uationi concedendum sit, quam ipsi successioni ex vi primæ concessionis, seu inuicturæ, iux- ta ea quæ cum pluribus resoluunt Caldas Pe- rei. de renouat. emphyt. quest. 9. numero 13. Caual- canus dist. decis. 29. numero 6. facit reg. Tex. in l. filio quem pater 23. vers. Ne imagine, naturæ veri- tatis adumbretur, ff. de liber. & possulat. iuncta alia Text. in litem quæritur 13. §. qui impleto, & l. qui ad certum 14. vers. Et idè, ff. locati.

9 Quod vt amplius declaratur, obseruandum est, emphyteusim, & feudum vel esse merè fa- miliaria, siue ex pacto, & prouidentia (vt vo- cant) quæ & generarchia à plerisque nuncu- pantur, vel merè hereditaria, vel mixta, siue secundum quid hereditaria, tamen victimam hanc speciem non admittat Henr. Rosental. de feudis cap. 2. conclus. 49. Emphyteusis, & feudum familiaria, siue ex pacto, & prouidentia dicuntur, quæ alicui pro se, & filijs, aut (quod idem est) liberis, vel descendenti- bus conceduntur, nulla heredum mentione facta, vt in sepulchris probat lex familiaria §. illic: Fami- liaria sepulchra dicuntur, quæ quis sibi, familiarique sua constituit, ff. de relig. & sumptibus suis, in quibus prouide \* soli descendentes primi acqui- rentis succedunt, licet defuncto heredes non sint, quia forsitan alij sint ab eo scripti heredes, vel non sint, sed ipsi consanguinei, qui heredes scripti sunt, hereditatem repudiauerint, prout iure facere possunt, in emphyteu- tidem indistinctè, quicunque scilicet illi sint, siue ex latere tantum defunctum contingenti- bus, siue etiam eius liberi, in feudo verò agnati tantum collaterales defuncti, non etiam eius fi-

lij, aut descendentes, iuxta Tex. in cap. 1. tit. 45. an agnatus, vel filius, lib. 1. feud. ita cum com- mani resoluunt Iulius Clar. §. emphyteusis, quest. 16. numero 1. post medium, vers. Emphyteusis non hereditaria, ac rursus quest. 35. & quest. 37. numero 1. §. 4. & in §. feudum, quest. 9. numero 3. & quest. 76. numero 2. & 3. Pinel. in l. 1. Cod. de bonis matri- nis 3. part. numero 84. vers. Omnium tamen, & nu- mero 85. Valasc. de iure emphyt. quest. 43. numero 2. & 3. quest. 44. numero 3. & 4. quest. 49. numero 3. vers. Secundus casus, Caldas de nominat. emphy- teut. quest. 22. numero 22. & quest. 23. numero 33. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 94. à nu- mero 8. & lib. 4. presump. 130. numero 12. Pater Molina de iustit. & iure lib. 2. tractat. 2. disputat. 472. numero 7. 8. & 10. & dist. 473. numero 1. Morquechus de diuisione bonor. lib. 1. cap. 6. nu- mero 21. Surd. conf. 108. numero 10. in princ. vo- lum. 1. Galpar Rodericus de ann. redit. lib. 2. quest. 22. numero 37. Palad. in sesquicent. different. 71. §. 2. numero 1. & 3. Henr. Rosental. & Nicol. Intrigliol. de feud. ille cap. 2. conclus. 33. num. 2. cum relatis lib. A. hic verò quest. 47. per totum, maxi- mè ex numero 12. iuncto numero 22. & 23. Scipio Rouirus ad pragm. Neapol. rub. de feud. man. 19. in princip.

Emphyteusis, ac feudum merè hereditaria sunt, quæ pro quibuscumque hereditibus conce- duntur; id quod in emphyteusis seculari, quæ quoromcumque heredum successione admitti- tur, simpliciter heredum verbo intelligitur, quip- pè quod sui natura omnes, & quocumque he- redeg regulariter complectitur, l. heredes 66. & 170. ff. de verb. signif. iuncta dist. 1. familiaria §. verba Hereditaria, ff. de religio. & c. resoluunt Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. emphyteusis quest. 28. nu- mero 6. in princip. & post alios Morquechus de diuisione bonorum lib. 1. dist. cap. 6. numero 20. in emphyteusis verò Ecclesiastica, & indistinctè in feudo, quæ sui natura ad extraneos heredes non transeat, nisi aliud cautum sit, solo he- redum vocabulo minime intelligitur, iuxta in- ferius dicenda, nisi additum sit signum vniuer- sale, puta pro omnibus, vel quibuscumque he- redibus, aut simile, vt rectè distinguunt, & ex- plicant Iulius Clarus lib. 4. Sententiarum, dist. §. emphyteusis, quest. 16. numero 1. post principium 3. & §. feudum, & quest. 9. & 83. vbique numero 2. Pater Molina de iustitia & iure, dist. disputat. 472. n. 3. 4. 5. & 6. & dist. 473. n. 4. & quod attingit ad emphyteusim Ecclesiæ diximus ad præced. dist. & resolu- tionem latius, in solutione ad primum pos- terioris sententiæ fundamentum; quod verò pertinet ad feudum id nominatim resoluunt Lau- rentius Syluanus conf. 30. numero 25. ad finem 3. volum. 1. Aymon Crauet. conf. 256. numero quar- to, vers. Sed hic dubitatur, & numero octauo, vers. Hic tamen videndum, libro secundo, Rolan- dus à Valle conf. 3. numero 65. libro primo, & de lucro danti quest. 54. numero 27. Antonius Gabriel comm. conclus. libro sexto, titulo de verborum signi- ficatione conclus. 3. numero 14. & conclus. per to- tam, Aluat. Valasc. de iure emphyt. quest. 43. nume- ro primo, in fine, & quest. 49. numero primo, §. ten- tium caput, vers. Primus casus, Surd. dist. conf. 108. numero 10. vers. Aliud est feudum, & conf. 440. à numero 11. & conf. 475. numero 14. 24. & 25. Franciscus Barfat. conf. 22. numero 2. libro primo, Franciscus Beccius conf. 88. numero 9. eodem libro, ac post plures alios Hartmanus Pistor quest. iur. lib. 2. quest. 1. numero 39. & 40. part. 1. Fachin-

controuers. iuris libro 7. capite 6. Henricus Rosental. de feud. capite secundo, conclus. 31. numero 3. & 4. & in notis liter. C. & D. & conclus. 36. per totam. Camill. Borrellus in summa decisionum p. 1. tit. 14. n. 517. & 628.

Denique emphyteusis, & feudum secundum quid hereditaria, seu mixta dicuntur, quae duplicem exposcunt qualitatem, sanguinis nempe hereditatis simul, puta quae alicui conceduntur pro se, & filiis, seu liberis, & heredibus, vel pro se, & filiis vel liberis heredibus, quemadmodum in emphyteusi docuit Bartol. in l. 29. in futurum. & sibi liberi, numero 4. ff. operis libertor. & communis, quam resoluunt D. Praeses Couarruuias variarum resolutionum libro 2. capite 18. numero 3. in princip. Iulius Clarus §. emphyteusis, quast. 16. circa finem principij, vers. Mixta est, & quast. 17. numero 2. Morquech. de diuisione bonorum, dist. libro 1. capite 6. numero 22. Pater Molina, qui & in feudo loquitur, dist. disputat. 472. numero 6. & dist. disputat. 473. numero 4. vers. Si autem, Celsar Mancutus conf. 19. numero 34. in feudo vero lacobus de Beluio in c. 1. de eo, qui sibi & heredibus, cuius sententiam, & reuocantem, & receptiorem esse testantur Iulius Clarus §. feudum, quast. 9. numero quarto, & quast. 83. numero primo ad finem, vers. Aut est receptum, Pinellus in l. 1. Cod. de bon. matern. tertio part. numero 90. vers. Inde etiam inferunt, & vers. Inferunt 7. Menochius consil. 640. numero 17. volum. 7. Surdus dist. consil. 108. numero 10. vers. Tertium vero, Intrigliolus de feud. quast. 49. numero 9. 16. & 163. Rouritus ad pragmat. Neapol. rubr. de feud. numero decimo nono ad medium, vers. Quod si in concessione, iuncto numero 20. & 21. qui similes alios conceptionis modos, ad feudum hoc mixtum pertinentes, referunt.

Inter quos & ille adnumerari solet, cum feudum alicui pro se, & heredibus simpliciter conceditur, nulla filiorum, aut liberorum facta mentione, iuxta ea, quae post alios resoluunt Dominus Couarruuias dist. libro secundo variarum resolutionum capite 18. numero 3. ad medium, vers. Ex quibus deducitur (qui generaliter loquitur in re ad extraneos heredes sui natura non transeunte, vt in emphyteusi Ecclesiastica, & feudo) Iulius Clarus dist. §. feudum, quast. 9. numero septimo, vers. Sed si intelligas, & quast. 83. numero secundo, Octavianus Cacheranus decis. Pedemont. 161. numero 1. Menochius consil. 391. numero 21. & 22. vers. Respondetur primo, volum. 4. Surdus consil. 63. numero 10. volum. 1. Franciscus Bursat. consil. 391. numero 13. volum. 1. & post plures alios Hartmanus Pistor quast. iur. libro 2. quast. 1. numero 44. Nicolaus Intrigliolus de feudis quast. 48. a numero quarto, maxime numero 26. & 27. Scipio Rouritus dist. rubr. de feudis, numero 24. Qui ex eo praesertim mouentur, quod etiam aliam in materia feudali heredum appellatione filij seu descendentes masculi dumtaxat intelligantur, cap. 1. §. et si alienus, titulo decimo tertio, de alienatione feudi, libro primo, capite primo, §. similiter, vers. Profecto, titulo 34. de lege Com. ad, libro secundo feudorum, cum similibus, ex quibus ultra Doctores vbiq. sic notarunt Paulus Castrensis, consil. 45. numero 1. vers. Secundo casus, libro 2. Alexand. consil. 30. numero 1. libro 1. vbi Rouescala liter. D. alios congerit, Petrus Duenas regul. 359. Camillus Borrellus in summa decisionum 1. part. tit. 14. numero 227. & 426. tamen ob exceptionem ad hominem factam, vt aliquid ope-

retur, iuxta regulam l. si quando 109. ff. de legat. 1. cum vulgati, non simpliciter filij, ac descendentes intelligi debent, sed cum qualitate hereditaria.

Ceterum argumentum hoc, si verum agnoscamus, dumtaxat concludit in primo conceptionis modo, cum scilicet post factam filiorum, aut liberorum mentionem, pro quibus feudum dari dicitur, subiungitur verb. hereditibus, qua in specie, ne vos ista haec sit ociosa, si nihil aliud quam praecedens significaret, necesse est, vt ad qualitatem hereditariam referatur, adeoque feudum mixtum constituitur, seu si nulla filiorum, vel liberorum mentio fiat, quo casu satis est, quod simpliciter heredum, quae alioqui quouismque heredes comprehenditur, iuxta superiorum tradita, operetur solam vocationem filiorum, seu descendendum, licet heredes non sint, iuxta naturam feudalem, materiamque subiectam, ex reg. legis si vno 17. quae aliam est sub l. ex condito 15. vers. Sed etiam verbo, ff. locati, l. insulam 6. ff. de praescript. verb. cum similibus, & in terminis melius ex cap. vltimo. tit. 26. si de feudo defuncti contentio fit, lib. 2. feudor. idque plane voluit Accursus, in Lex facta 17. §. in schol. vltimo, vers. Et est feudum hoc, ff. ad S. C. Trebel. quem sic recte intellexit, & explicuit Paul. Castrensis, ibi, numero 4. circa finem, vers. Et ego cogitavi, relatus, ac receptus a latone in l. si non sortem 26. §. libertus, numero 35. circa finem, vers. Reperio etiam, ff. de condit. institut. & alius, quos refert, quamquam ab eis descendit D. Couarruuias, dist. cap. 18. numero 3. §. idem omnino, vers. Et licet Paulus, vltra congestos a Pinelo in dist. 1. Cod. de bonis matern. 3. part. numero 87. vers. Ex quibus memoro, & Hartmanus Pistor quast. iur. lib. 2. quast. 1. numero 43. qui duo, licet prima fronte, inspecta communi sententia contraria, quam referunt, ab eis videntur recedere, ille dist. numero 87. vers. Ex qua opinione, hic vero a numero 44. & 82. tamen postea tandem in puncto iuris ipsorum opinionem magis probant, hic a numero 99. & quast. 14. a numero 54. ille vero numero 91. vers. Imo si mea, & secundum eam in Camera Imperiali iudicatum refert Minsing, singul. obseruat. cent. 4. obseruat. 2. numero 3. eandemque Germaniae consuetudine receptam testatur And. Gaillius praesit. obseruat. lib. 2. obseruat. 154. numero 20. ac defendit optime, nonnullos alios congerens, Fachin. controuers. iur. lib. 7. cap. 3. a vers. Sed omisso, & cap. 4. a vers. Tertia opinio. Id quod multo magis procedit, si in concessione feudi pro heredibus facta adiectum sit verbum masculis, quod etiam simplici heredum verbo in hac materia tacite insit, iuxta iura feudalia, superiora relata, & tamen adiectum, magis enixe declarat mentem concedentis, vt filios, ac descendentes masculos absque vlla hereditaria qualitate videatur eo nomine accepisse, ac si pro liberis, vel filiis feudum concessisset. Nam, et si id quamplurimum negauerint, feudum eo modo concessum, mixtum potius esse asseuerant, relati ab Antonio Gabr. qui proinde hanc sententiam magis communem dicit commun. conclus. lib. 6. tit. 6. de verb. signif. 3. numero 5. 6. & 7. Philip. Port. conclus. & reg. iur. lib. 1. conclus. 16. post principium, vers. Sed contrarium sent. Octavian. dist. decis. 161. numero 2. Henricus Rosental, de feud. cap. 2. conclus. 44. numero 4. in glossa lit. C. Intrigliol. sub eodem tract. quast. 49. numero 138. longe tamen probabilibus

12 13 14

probabilis (ni fallor) esse potius familiare, siue ex pacto & prouidentia plures alij affirmarunt, quorum meminim Pinell. dist. 1. part. numero 88. vers. Ego autem puto (vbi eorum sententiam nequid veterem, sed & receptiorem dicit) & numero 94. a vers. Ex eisdem inferunt, meminere quoque, tamen nihil firmantes, Henr. Rosent. & Nicol. Intrigliol. de feud. ille dist. conclus. 44. numero 3. in notis lit. B. hic vero dist. quast. 49. numero 166. cum 4. sequentibus, & vt minus dubitabile resoluunt Decius, & alij relati, tamen non probati a D. Couarruuias, dist. cap. 18. numero 3. §. idem omnino ad medium, vers. Posset feran, & vtra eos Roland. a Valle consil. 67. a numero 22. volum. 1. Hyppol. Riminald. consil. 18. a numero 56. eodem volum. And. Gail. dist. obseruat. 154. numero 11. Menochius consil. 16. numero 40. & de praesumpt. libro tertio, praesumpt. 94. numero 9. ac defendit recte Fachin. dist. libro 7. controu. cap. 7. vers. Ceterum si controuersa, limitans quoad effectum Tex. in cap. 1. vers. Vbi vero, tit. 45. an agnatus, vel filius, lib. 2. feudor. vt non possit filius feudum retinere, repudiata patris hereditate, id quod generaliter quasi ex Bileonorum opinione defendit Rosental. de feud. dist. cap. 2. conclus. 33. numero 4. vers. Est enim, iuncto numero 9. cum sequentibus, nec recte inspecta contrarium in hac specie docuit Hartman. Pistor quast. iur. libro secundo quast. 3. a numero 17. licet pro contraria sententia citetur a Fachin. dist. cap. 7. vers. Prioris sententia, in fine, quia re vera Pistorius, inspecto cap. quastionis solum loquitur de feudo concesso pro filiis, & heredibus masculis, quod (vt diximus) longe diuertit est a concesso pro heredibus masculis simpliciter.

Quibus ita praenotatis, in superiore articulo resoluendum est, quod si emphyteusis, vel feudum mere familiaria sint, siue ex pacto & prouidentia, sicut in eis, dum durant, soli descendentes primi acquirentis, & proximiores consanguinei defuncti succedunt, licet ei heredes non sint, sic & eis finitius, cum ad certas vitas, vel generationes concessa sunt, ad renouationem obtinendam hereditaria qualitas minime requiritur, sed sola sanguinis proximitas sufficiens erit. Haec tamen \* inter feudum & emphyteum adhibita differentia, quod renouationem feudi vacantis petens habere debet agnationis qualitate, ad eius successionem desideratam, nisi sit filius, vel descendens defuncti, qui hereditate eius repudiata, feudum consequi non potest dist. cap. 1. an agnatus, vel filius, & diximus supra. At vero petens renouationem vacantis emphyteusis, agnationis qualitatem alioqui non requiritur, sufficit si ita sit defuncto vndeque proximus, vt si ille intellexit decederet, ad ipsius successionem iure vocaretur, tamen si heres non sit, & licet si sit filius, vel descendens defuncti, ab eoque heres scriptus, ipsius hereditatem repudiauerit, qui non ob hoc ad renouationem petenda excludatur, vt nec excluderetur a successionem in emphyteusit adue durante, iuxta tradita sup. numero 10. In eo tamen \* ambo conueniunt, quod ad eorum renouationem obtinendam necesse non est, quod legimus alioqui defuncti successori, sit etiam ab eo, cum testamento decedente, institutus heres, sed illam non minus imperabit, licet alij sint ab eo scripti heredes, quod & in filiis exhereditatis, vel

praeteritis locum habet, qui est patris testamentum hoc in parte nullum dicere potuerunt, Authen. ex causa, Cod. de liber. praeterit. l. fin. vers. Fueras ende, tit. 8. part. 6. non tamen dixerunt, atque ita testamentum eius tacite probauerunt, iuxta Text. in l. filio praeterito 17. vers. Quod si bonis, ff. de in ius tuo, cum notatis a gloss. verbo tueritur, & communi, quam resoluit Boerius decis. 96. a numero quinto, iunctis quae nos cum eo, & alijs generaliter resoluimus dissertatione 14. numero 34. quibus nunc addimus optimam l. 6. dist. tit. 1. ob. no. parte 6. & Petrum Duenas, eam late exnotantem regula 549. nam adhuc quasi filij renouationis ius habebunt, vt & succederent, si emphyteusis duraret, ex solo concedentis beneficio argum. Text. in l. si emancipem 24. aliam 35. ff. de minoribus, cum relatis a gloss. verbo maiorum, quam dist. 13. sub numero decimo nono, ad hoc expendimus, iuncta regula l. si adrogator 22. §. 1. in fine, illic, quia hoc non iudicio eius ad eum pertinet, sed principali prouidentia, ff. de adopt. cum alijs, quarum aptius alibi mentionem faciam, & ex nonnullis alijs fundamentis, quae in huius sententia comprobationem adfert eleganter Decius consil. 78. ex num. 3. vers. Sed tamen praedictis, atque ita cum eodem Decio obseruat etiam Ripa in l. 1. num. 8. vers. Tu tempera, ff. de privileg. credit. Minsing. singul. obseruat. & cent. 5. obseruat. 16. nu. 4. vers. Contrarium, & cent. 6. obseruat. 79. numero 7. & contra Imolam consil. 38. numero secundo, & alios non paucos, generaliter hereditariam qualitatem requirerent, longe veritas cum plerisque resoluunt Anton. Gabr. dist. conclusio. 7. numero decimo octauo, vers. Contrarium, Philippus Portius dist. conclusio. 12. l. 1. vers. Sed contrarium, Hyppolitus Riminald. consil. 138. numero 22. volum. 2. & consil. 157. numero 25. volum. 1. Alexand. Trentacini, dist. 7. resolutione quinta, de iure emphy. numero 49. vers. Haec declaratio, in alio numero vltimo, Valacus dist. consil. 101. numero secundo, atque alij congesti a Pereira de renouat. emphy. dist. quast. 9. numero decimo octauo, Rosental. de feudis, capite septimo, conclus. 24. numero decimo sexto, qui liter. S. plures adfert. Quequid Imola, & sequacium sententiam late defendat Pereira, dist. quast. 9. ex numero 20. iuncto numero 23. vbi illos refert, ex eo praesertim, quod vltimum emphyteutam, vel feudatarium nemo repraesentet nisi heres, etiam extraneus, & ideo nemini alij, quam illi, renouationis ius competat. Quasi vero \* repraesentatio quicquam aliud efficiat, quam heredem defuncti loco reponere, vt in iura ipsi debita succedat, l. nihil aliud 24. ff. de verborum significatione, l. heredem 59. §. l. hereditas 61. ff. de regula iuris, Authen. de herediando, a moriente praesit, in principio, vers. Cum vtrique, cum relatis a gloss. verbo vnam quodammodo collat. §. Porro in defuncto, qui durantis adhuc emphyteusis, vel feudi possessor extitit, nullum renouationis ius, quod ad heredem transferret, considerari potuit, id namque vel ipsi eius sanguini, & familiaribus debar, vt in hoc casu, vel habnati qualitatem hereditariam, iuxta inuestiturae tenorem, adeoque independentem a voluntate possessoris, vt in casibus mox referendis, & plurae, supponit Pereira, dist. quast. 9. numero decimo quarto, quast. decima septima, numero octauo, quast. decima octaua, numero 21. & quast. decima nona, numero 10. quicquid contrarium post alios defendat Gabr. Pereira.

15 16 17

Percir, ipsius filius *decis. 128. numero 3.* maxime cum non sit in iure nouum, vt & testatus quis decedat quoad bona, & iura propria, & institutus quoad iura, suae familiae, aut cognationi, à l. delata. *l. inestato 6. ff. de legum. tutor. 8. quod autem, in ius de leg. agnator. tutela, iuncto Authen. de heredibus, ab intestato venientibus, cap. 5. sine 8. ex his autem collat. g. l. 9. tit. 16. part. 6.* Non ergo in emphyteusi, vel feudo familiae necessu est, vt consanguineus renouationem petens, simul sit defuncti heres, quanquam si esset, omni controuersia res careret, vt idem Cald. Percir. ex facto consultus respondit *conf. 24. numero 5. versio.* Contrariam, & *versio.* Sed nihilominus.

24 Quod si vice versa emphyteusis, vel feudum, mere hereditaria sunt, & ad certas vitas, vel generationes restricta, illis per mortem vltimi emphyteutae, vel feudatarij finitis, ad eorum renouationem petendam duntaxat admittetur defuncti heres, etiam extraneus, qui consanguineum non heredem excludit, nam & cum excluderat in ipsa emphyteusis, vel feudi durantis successione, eademque ratione \* si mixta sunt, & ad certas generationes, vel vitas limitata, vltima extincta, ius renouationem petendi, quod proximiori consanguineo conceditur, ei tantum indulgetur, qui simul heres sit, vt & ad successorem emphyteusis, vel feudi durantis heres esse debet saltem in bonis allodialibus defuncti, licet heres non esset in ipsa emphyteusi, vel feudo in quibus ad successionem sufficit, quod mediante persona suorum antecessorum sit heres primi inuestiti, tamen in his alius sit à defuncto institutus heres, quomodo procedit communis sententia, in eiusmodi emphyteusi, vel feudo mixtis ad successionem requirens, quod proximior defuncti consanguineus, sit etiam eius heres, quam resoluunt Iulius Clar. *5. feudum quest. 9. numero 5. Valasc. de iure emphy. quest. 44. numero vlt. Sura. conf. 108. numero 9. vltra alios relatos ab Hartmanno Pistore quest. iur. lib. 1. quest. 14. numero 11. & 27. iuncto numero 32. & 33. quicquid ipse à numero 34. & 53. late inuoluat, ad renouationem autem, in qua successio cessat, hereditaria qualitas regulariter exigatur. Et in his duobus casibus \* duntaxat vera erit, ac procedet sententia Imolae, & aliorum, quos refert, & sequitur Pereira, cuius ad hoc memini supra numero 21. dum in consanguineo renouationem petente, absolute hereditariam qualitatem exigunt, vt & obiter monuit numero 12. Ceterum dum eum praeferti volunt ab extraneo, cuiusmodi qualitate ornato, hoc tantum verum erit, cum emphyteusis, vel feudum, mere hereditaria sunt, non etiam cum sunt mixta, quo casu consanguineo minime praefertur extraneus heres, vt pote in quo deficit sanguinis qualitas, sine qua is admitti non valet, multoque minus praeferti consanguineo, ex reg. *l. si heredi plures 5. ff. de condit. insti.* Quod si in his, nemini igitur tunc renouationis ius competet, quia & consanguineo deficit qualitas hereditaria? respondebo, \* imò hoc in casu idem quod in primo emphyteusis, vel feudi familiaris, dicendum esse, vt cum per proximior non fuerit, re ipsa heredem esse eò quod extraneus fuerit institutus, huic ille praefertendus sit in renouatione impetranda, vt & praefertur in successione, iuxta tradita ab Anto-*

nio Capit. *decis. 64. numero 7. & 8.* & aliis, quos refert, & sequitur Intrigliol. *de feud. quest. 48. numero 74. & 75.* Confer reg. *Tex. in l. 3. §. l. qui habent, ff. de tuelis,* in simili à nobis expensa dissertat. *decima quinta, numero 46.* iuncta regula *ciem non stat. 66. libro sexto.* Iuxta que etiam \* accipienda est doctrina glossae verbo impetrabile, *versio.* Et est simile in l. 1. §. *permittitur, (aliis §. planè) ff. de aqua quotidiana, docentis, mortuo vasallo, eius heredem masculinum facile posse feudi inuestituram impetrare, quicquid eam velut expressam pro Imolae, & sequaciam sententia expendat Pereira. *di. quest. 9. numero 20.* Nam si glossa loquatur de feudo familiari tantum, per heredem masculinum intellectus censeretur debet filium, vel agnatum defuncti, ac descendentes primi acquirentis, etiam si ipsa non sit heres, extraneo forsitan instituto, quia pro herede sanguinis in feudali materia regulariter id verbum accipitur, iuxta superius tradita; si vero de feudo familiari, & hereditario simul, siue mixto Accurs. sentiat, per heredem masculinum non simpliciter filium, vel agnatum accepisse videri debet, sed simul cum qualitate hereditaria, si eam habere possit, de feudo autem simpliciter, & absolute hereditario intelligi nequit, quia ex quo ad extraneum transire potest, masculinitatis qualitas in eo non requiritur.*

At adhuc diceo, feudum, & emphyteusis absolute hereditaria, siue pro quibuscumque heredibus concessa, hereditariam qualitatem non requirere, cum tanquam libera alienari in quencumque possit, iuxta *Tex. in eum. illic: si quis ea lege alieni feudum dederit, ut ipse, & sui heredes, & cui ipse dederit habeant.* Respondeo, ista, qui se accipit, poterit id vendere, vel donare, vel aliter si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare, *in l. 4. ff. de am. legat. cum his, quae in simili tradit Guid. Pap. quest. sen. decis. 503. per totam, Decius conf. 578. numero 1. som. 2. habet enim huiusmodi emphyteutica concessio inhibita conditione non illam si sequentes fuerint nominati, vt indicat iuramentum illud quod, adiunctum verbo nominauerim, futuri temporis, cuius illud est proprium, vt propriam conditionem de futuro significet, & inducat, *l. si debitor 39. §. verisimile, vbi notat Barr. numero 1. & 2. ff. de contrab. empt. l. si eum, qui nomen erit 6. ff. de leg. 1. l. nuper 85. versio. Planè ff. de leg. 3. l. 1. §. vlt. vbi late Barr. numero 18. 29. & 30. ac numero 35. versio.* Contrarium credo ff. *de condit. & demonstrat. & post alios notatur Rota antiqua sub tit. de testam. decis. 1. numero 6. & 9. Corneus conf. 218. numero 7. vol. 3. Roland. conf. 58. numero 13. vol. 5. Galgancet. de condit. 1. p. cap. 89. numero 15. & ad terminos nostros propius accedentes Alex. conf. 231. numero 4. lib. 6. illic: Quia ista verba, scilicet pro quem declarabit, faciunt conditionem, propter verbum adiunctum verbo futuri temporis, Raphael Cuman. in l. cum quidam 24. in lectur. numero 16. versio. Ex quo sequitur ff. *de legat. 2. Paul. Patif. conf. 38. numero 5. vol. 3.* atque alij paulò post referendi, conditionis autem \* illud etiam proprium est, vt formam quandam inducat. Specificè (vt aiunt) ad implendam, vi pluribus probauit, lateque exornauit *dissert. 7. numero 8.* adeoque ante eam impletam, effectum nullum habeat dispositio, & illa quomodocumque deficiente, omnino corruat. *l. 4. §. huius rei, ff. de pact. l. certi conditio 9. in §. princ. & l. pecuniam 16. versio.* Petinde est enim ff. *de D. D. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.***

singulari, puta legati, donationis, aut venditionis, sunt enim huiusmodi emphyteusis, & feudum patrimonialia effecta, ac si aperiens alicui concessa forent pro se, & omnibus quibus ipse dederit; quapropter haec concessionis formulae equiparantur in d. c. vnic. de feudo non habente propriam feudi naturam, vbi & talia feuda patrimonialia effecta esse non obscure probatur in illis verbis. Et ille etiam, cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sicut ei datum est. Vnde aliud erit \* si illa non perpetuo pro omnibus heredibus concedantur, sed limitate pro duobus, aut tribus heredibus, etiam addito vniuersali, vel generali signo, puta, quibuscumque, vel quibus dederit, aut quos nominauerit, id enim non tollit quin illi heredes esse debeant, cum ad certum eorum numerum restringatur sed tantum significat, qualemque iplos esse posse, siue sanguinis, siue extraneos, atque hos ab emphyteuta vel feudatario instituto illis esse praefertendos, iuxta ea, quae in sequenti declaratione in simili dicemus; quare & vltimi successoris heredes, tamen extranei eius consanguineis, etiam filijs vel exheredatis, vel praeteritis, nec reclamantibus, in renouatione impetranda praefertendi sunt.

31 Secunda superioris doctrinae declaratio sit vt locum non obtineat in emphyteusi, quam vocant nominationis, puta concessa alicui pro se & vna, vel duabus, aut tribus personis, quas nominauerit, nam si ante illam factam emphyteute mors contingat, liberè emphyteusis ad dominum reuertetur, ita vt de illa pro libito disponere possit, nec ad renouationem eius faciendam proximior, vel heredi defuncti non nominantis cogi valeat: quia hoc modo concessa emphyteusis in persona tantum primi pura est, in sequentium vero conditionalis, vt alioqui dicitur in l. 4. ff. de am. legat. cum his, quae in simili tradit Guid. Pap. quest. sen. decis. 503. per totam, Decius conf. 578. numero 1. som. 2. habet enim huiusmodi emphyteutica concessio inhibita conditione non illam si sequentes fuerint nominati, vt indicat iuramentum illud quod, adiunctum verbo nominauerim, futuri temporis, cuius illud est proprium, vt propriam conditionem de futuro significet, & inducat, *l. si debitor 39. §. verisimile, vbi notat Barr. numero 1. & 2. ff. de contrab. empt. l. si eum, qui nomen erit 6. ff. de leg. 1. l. nuper 85. versio. Planè ff. de leg. 3. l. 1. §. vlt. vbi late Barr. numero 18. 29. & 30. ac numero 35. versio.* Contrarium credo ff. *de condit. & demonstrat. & post alios notatur Rota antiqua sub tit. de testam. decis. 1. numero 6. & 9. Corneus conf. 218. numero 7. vol. 3. Roland. conf. 58. numero 13. vol. 5. Galgancet. de condit. 1. p. cap. 89. numero 15. & ad terminos nostros propius accedentes Alex. conf. 231. numero 4. lib. 6. illic: Quia ista verba, scilicet pro quem declarabit, faciunt conditionem, propter verbum adiunctum verbo futuri temporis, Raphael Cuman. in l. cum quidam 24. in lectur. numero 16. versio. Ex quo sequitur ff. *de legat. 2. Paul. Patif. conf. 38. numero 5. vol. 3.* atque alij paulò post referendi, conditionis autem \* illud etiam proprium est, vt formam quandam inducat. Specificè (vt aiunt) ad implendam, vi pluribus probauit, lateque exornauit *dissert. 7. numero 8.* adeoque ante eam impletam, effectum nullum habeat dispositio, & illa quomodocumque deficiente, omnino corruat. *l. 4. §. huius rei, ff. de pact. l. certi conditio 9. in §. princ. & l. pecuniam 16. versio.* Petinde est enim ff. *de D. D. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.**

reb. credit. l. hac venditio 7. in princ. & l. nec emptio 8. ff. de contrab. empt. leg. necessariò 8. versio. Quod si sub conditione ff. de peric. & commod. rei vendita, l. si quis sub conditione 8. in fin. illic: Nec enim legatarius est, si quis omnia causa testam. legata 41. ff. de condit. & demonstrat. l. si post diem 5. §. sed si sub conditione ff. quando dies leg. ced. l. cedere diem 21. versio. Vbi sub conditione, ff. de verbor. signif. l. vnic. §. fin. autem aliquid sub conditione, C. de caduc. tollend. §. ex conditionalis, inst. de verbor. obligat. l. 12. ad fin. versio. Mas en la otra, & l. 14. in principio titul. 1. part. 5. & vltra Doctores vbiq. ac plures alios notant, & ad varia expendunt Roland. à Valle conf. 58. à num. 11. & conf. 59. à numer. 7. volum. 3. Ioannes Cephalus conf. sen. numero 11. & conf. 97. numero 3. volum. 1. conf. 183. à num. 49. con. 207. numero 3. & conf. 284. numero 5. volum. 2. Riminald. iunior. conf. 393. ex num. 2. lib. 4. Achilles Pedrocha conf. 16. à num. 50. libro primo Marcus Antonius Peregrin. de fideicommissis, numero 16. Leonard. Galgancet. de condit. part. 1. cap. 7. à num. 4. maxime numero 14. & 10. Parlad. in sequenti. quoad. different. dissert. 147. in princ. numero 5. 6. & 9. Dom. Ioannes del Castillo quoad. controuers. tom. 1. cap. 55. à num. 4. & tom. 6. cap. 119. à num. 3. ergo cum per relatum nominationis clausulam inducta sit conditio specificè adimplenda, necesse est, vt talis nominatio praecedat, alioquin per mortem emphyteutae non nominantis emphyteusis extinguetur, prout & cessat, nec effectum sortitur omnis actus, vel contractus, in alicuius declarationem collatus, illo non declarante, l. si ita legatum 69. §. illi si vobis ff. delegat. 1. qui plures 18. versio. Respondit ff. de usu, & usufruct. legat. l. si quis arbitratu 43. l. & l. 44. l. ceteris 46. §. si ita, & l. si quis stipulatus 112. ff. de verbor. obligat. l. fin. in princ. iuncto versio. Sin autem, Cod. de contrahend. emptor. cum his, quae vbiq. notantur omnes, optime Bald. in l. in venditio 13. numero 11. ad fin. Cod. eod. titul. & conf. 324. numero 1. ferè per tot. maxime in versio. Secunda vero clausula, versio. Supposito igitur, & versio. Item conditio, vol. 2. Boer. ad consuetud. Bivric. conf. tit. des coutumes des fiefs, & cens. §. 19. versio. Sed quare, Greg. Lop. in l. 15. glossa versio. Aduerte etiam, tit. 9. part. 6. Cum itaque emphyteusis in praefato casu ex defectu nominationis expiret, consequenter, & ad dominum, vt de illa liberè disponere possit, transibit, quod in terminis docuerunt August. Berouus conf. 133. numero 8. & 9. vol. 1. Cald. Perei. de reu. emphyteut. g. numero 8. & 16. versio. Quod adeo, Thomas Valasc. alleg. iur. lib. 1. alleg. 61. n. 3. cum ahis infra.

Nec dicatur, quod non facta nominatione ab eo cui illa iniuncta fuerat in dubio censetur nominatus eius heres, arg. Text. in l. secundam responsum 4. C. de contrab. & commit. stipul. vbi mulier stipulata dorem cui voluerit relinquere, videtur stipulata sibi & heredibus, atque ita ex ea praefatam regulam deduxerunt Bald. ibi in summario, Saly. numero 1. & Angel. in 2. summa. 10. idem Bald. in l. cum post 70. §. gener à factio in lectura, antiqua, versio. Extra quatuor ff. de iure dot. & apertius in l. 1. in princ. numero vlt. versio. Vltimo quatuor ff. de pact. his verbis: Pone, ego sum stipulatus hoc modo, promittis mihi recipienti pro eo, quem declarabo, postea non declaro, queritur vtrum possim agere ego vel heres, quia neminem declaro? & videtur quod non, vt infra de verb. oblig. l. iriucum. In contrarium est casus, quod si neminem declaro